



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Martini Bonacinæ Vtrivsque Signatvræ Referendarii  
Compendium Omnium Operum de Theologia Morali,  
omnibusque conscientiæ nodis**

**Bonacina, Martino**

**Coloniæ Agrippinæ**

Sacramenti Pœnitentiæ effectus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41152**

## Sacramenti pœnitentia effectus.

17. Pœnitentia effectus sunt remissio peccatorum mortaliū & venialium, iuræ vocabiliitas peccatorum, recuperatio virtutum, meritorum & gratiarum; ac obligatio sigilli, *Ib. q. 6.*

18. Pœnitentia delet peccata mortalia, licet gravissimam plurimam, toties quoties homo peccaverit, & legitimè pœnitentiam suscepere, potestque homo à peccatis semper eligere: neque datur certus peccatorum cumulus, quo posse debeat homo à peccatis resurgere. *Ib. q. 6. sect. 2. punct. 2. n. 1.*  
Et seq.

19. Pœnitentia sacramentum nequit unum peccatum mortale sine alio remittere; alioqui posset quis esse amicu Dei, & ejus inimicus. *Ibid. punct. 3.*

20. Remisso peccato mortali quoad culpam, necesse est potentia Dei ordinaria remitti etiam reatum pœnæ æternae, ut patet ex Trident. *Jeff. 6 c. 14.* sed non semper remittuntur reatus pœnæ temporalis, qui reatus aliquando est maior, aliquando minor juxta majorem vel minorem contritionem. *Ibid. punct. 4 n. 1. Et 2.*

21. Datur sacramentum pœnitentia informe (id est sine gratia & charitate) defectu attritionis; qua posita, sacramentum confert suum effectum, sublato scilicet obice seu fictori: neque sufficitque attritio ut sacramentum præcedens informe conferat suum effectum, si tamen post suscepit pœnitentia sacramentum informe, nullum aliud de novo commissum est peccatum mortale: tunc enim requiriatur contritus, vel novum pœnitentia sacramentum formatum. *Ibid. punct. 5. n. 3. Et seq.*

22. Omnia peccata venialia remittuntur per sacramentum pœnitentia, nisi ponatur obex. Remittuntur etiam ex opere operantis peccata venialia per sacramentalia, quæ sunt hoc carmine contenta:

*Orans ruitus, edens, confessio, dans, benedicens.*  
*Ibid. sect. 2. punct. 1. Et punct. 2.*

23. Peccata venialia non solum in delentur per contritionem formalem, vei ipsi etiam per dilectionem, seu amo:rem Dei perfectum, qui sit incompossibilis cum ipsis peccatis veniali bus. *Ibid. punct. 5. num. 3.*

24. Per nullos alios agit peccata venialia remittuntur ex

re sacramentum, quam per actus contritionis & dilectionis.

l n 6.

25. Unum peccatum veniale remitti potest sine alio, si a-  
tus amoris non sit ita perfectus, ut habeat oppositionem  
cum omnibus peccata mortalia similiter remitti possunt ab-  
sque remissione peccatorum venialium, quia non omnis di-  
positio sufficiens ad remissionem peccatorum mortali-  
um sufficit ad remissionem venialium: secus dicendum de veniali-  
bus, quae non possunt de potentia Dei ordinaria remitti sine  
remissione peccatorum mortaliuum. *Ib punct. 4. n. 2. 3. 4.*

26. Quamvis remissio venialium in hac vita numquam fiat  
sine infusione vel augmentatione gratiae habitualis, tamen ad il-  
lorum remissionem non requiritur per se formaliter gratia  
qua illa expellat. *Ibid. num. 5. & 6.*

27. Peccata ita delentur per paenitentiam, ut de lege ordi-  
naria non redeant, nec etiam redire possint de potentia Dei  
absoluta etiam si nova peccata multiplicentur: nam si revivi-  
scent, id fieret miraculum, cum idem numero effectus non  
possit viibus naturae reparari & reproduci: sed non fit mira-  
culo; alioqui reviviscientia peccatorum tribuenda esset  
principaliter Deo, quod dici non potest. *Ibid. sect. 3. punct. 1.  
num 1.*

28. Peccata commissa post praecedentia remissa, graviora  
sunt ratione ingratitudinis peccatis antea remissis. *Ibid. puncta  
2. n. 4.*

29. Peccata prius remissa non redeunt, nec etiam redire  
possunt de potentia Dei ordinaria, quoad reatum paenae per  
subsequens peccatum: quamvis aliquo modo, ratione scilicet  
majoris ingratitudinis, dici possunt redire, tamen in se forma-  
liter non redunt quoad reatum paenae per subsequens pec-  
catum. Ratio est, quia reatus paenae sequitur culpam, sed cul-  
panon reddit in se formaliter, ergo, &c. *Ibid. punct. 3. n. 1.*

30. Peccata non ita delentur per paenitentiam, quin reatus  
peccatorum praecedentium de potentia Dei absoluta redire  
possit per subsequens peccatum: cum peccata possint remitti  
sub conditione, ut si peccator de novo peccet, redeat idem  
pro reatus, ac si peccata remissa non fuissent. *Ibid. n. 4.*

#### Opera per paenitentiam an reviviscant.

31. Opera mortua privative non reviviscunt, nec sunt me-

P p 4

ri-